



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 92. Hospitalii Cancellarii oratio in hisce ordinum Comitiiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66624)

tradant, seu ad iudices Regios remittant: hi autem gravio-
 rem, quam exilii poenam non irrogent. Denique hæc
 statuta eousque locum habeant, donec Synodi universalis, aut nationalis de-
 creto aliter statuatur. Gratia etiam eodem edicto iis, qui turbas in hunc
 usque diem ob Religionem moverant, facta, & abolita earum rerum memoria
 fuit, si modo catholice, ac pacate in posterum vivant: falsis item delatoribus gra-
 ves poenæ constitutæ, & armis uti omnino interdictum est, exceptis iis, quibus
 edicto permittitur.

§. XCI.

Conventus in oppido S. Germani habitus.

Insuper proximo Mense Augusto Guisus Dux in Condæi Principis gratiam revertebatur, eodemque ferme tempore Comitiam Pontifara ad S. Germani oppidum in Laja fuere translata, ad quæ etiam Rex venerat, comitantibus illum Regina Matre sua, Margarita ejus Sorore, regis stirpis Principibus, pluribusque Cardinalibus.

§. XCII.

Hospitalii Cancellarii oratio in hisce Ordinum comitiis.

K 5

Post-

Sæcul. XVI. **A.C. 1561.** **Thuan. l. c.** Postquam Rex hisce comitiis solemne initium fecerat, Hospitalius Cancellarius cunctos tum præsentis Regis nomine admonuit, ut libere de Republica sententias suas edicerent, cæptumque negotium eadem libertate prosequerentur: his præmissis pro more suo stylum acuit contra Episcopos, necnon adversus illos, qui novam sectam abolendam, ac penitus e regno eliminandam censebant; insuper omnes nervos intendit, ut persuaderet, revocandum esse edictum Julianum nuper conditum, eo usus obtentu, quod edicta temporis, ac personis, non autem personæ, & tempora edictis sint accommodanda.

§. XCIII.

Alius sermo Joannis Britanni pro plebe perorantis.

Thu. Spond. l. c. **Mezeray hist. de France to. 2. p. 820.** Postea pro plebejo ordine Joannes Britannus Augustodunensis Prætor verba faciens, Regi persuadere nitebatur, ut Clero tam sæculari, quam regulari omnia eorum bona eriperet, prout in Germania, & Anglia jam factum erat, quam in rem veteris, novique Testamenti textus pessime intellectos nequiter adducebat: demum acerba oratione in Clericos invectus agebat, „fœda ignorantia inter Sacerdotes grassatur, nec, „ut fieri debet, commissos sibi greges „docent,